Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Singularis lectura. d. Fellini sup[er] vtili et quottidiano titulo de iure iurando.

https://hdl.handle.net/1874/461251




# Singularis lectura.d. Fellini ſuꝑ vtili et quottidiano titulo de iure iurando.

Hain 14315

¶ Felini Sandei Ferrarienſis. Juris interpretis eminentiſſimi ſacriq; palatij auditoris cauſaꝝ meritiſſimi admiranda cõmentaria nouiter in lucem edita ſup eleganti titulo de iure iurando feliciter incipiunt.

## Rubrica de iureiurando.

P Onit hic Bal. de multiplici genere iuramenti dicens ꝙ aliud eſt deciſiuum. ⁊ huius tres ſunt ſpecies l.i.ff. e. Aliud ſolidatiuum ꝯtus. vt aũt. ſacramenta pubeꝝ. C. ſi aduerſus vendi. ꝑ quam dicit vnum qđ referã examinando materiam illius aũt. in. c. cũ ꝯtingat. ĩ. eo. Aliud eſt enuntiatiuũ qđ nõ interponit animo obligandi. alle. l. ſciendũ. §. dictum. ff. de edili. edic. ⁊ dicit eſſe videndam vnam glo. multũ ſingulare; in. l. lucius. in ver. debeant. ff. de his qui no. infami. vbi glo. ponit de iuramento aſſertorio vel promiſſorio. ſed de iſtis vide pleniſſime Bal. in repeti. l. ij. in. xi. carta ver. de ſcđa qđ. ff. e. ⁊. d. car. ⁊ do. Abb. in. c. fi. in. i. col. ĩ. e. poſt gl. ibi. ⁊ ꝑ glo. in. l. i. C. de rebus credi. ⁊ in. l. i. ⁊ ibi Bar. ff. de iureiur.

¶ Et de iuramento aſſertorio vel ꝓmiſſorio. vide etiam ꝑ Archi. in. c. auctoritatẽ. xv. q. vi. ⁊ vide Archi. in. c. omne. xxij. q. i. vbi ponit multos caſus in qbus licite iurat̃ vel nõ. de quo etiã ꝑ glo. ordinariam. xxij. q. iiij. in ſumma. ⁊ Bal. in. l. ſi ad excludendã. C. de rebus credi. vbi ponit ſex modos vel ſex regulas in quibus cognoſcit̃ iuramentũ illicitum. Et de diuerſis modis iurandi vide Archi. in. c. ꝯſidera. xxij. q. i. ¶ Item de multiplici diffinitiõe iuramenti dic vt hic. ꝑ do. Abba. Et adde tex. in. c. quãtũlibet. xlvij. diſtinctio. vbi domi. dicit eẽ caſum ꝓ diffinit̃. gl. xxij. q. i. in ſumma. que dicit ꝙ iurare eſt aliquid deo teſte affirmare. ⁊ iuramentu; eſt vox ipſius iurantis vel actus ipſe vel ipſum qđ iurat̃. Adde etiam Bal. in repeti. l. ij. in. xi. car. ver. ego de ṗmo queſito. ff. de iureiur. vbi ponit tres diffinitiões iuramẽti ⁊ eas ſubtiliter impugnat ⁊ ex impugnatõe tertie diffinitõis põt impugnari diffinitio quã retuli.

¶ Nam dũ aliqui dicũt ꝙ eſt ꝯfirmatio veritatis dicit Bal. ꝙ iſta diffinitio nõ videt̃ ꝑfecta. q2 nõ omne iuramentũ eſt de veritate ſed quoddam eſt de credulitate. l. ij. §. ꝙ obſeruari. ibi. qđ quiſq; credit aut extimat. C. de iuramento calũ. ſic etiã poſſet impugnari dicta diffinitio dum dicit affirmare. ſed vltimate diffinit Bal. ibi ꝙ iuramentũ ẽ actus inuocatõis ſeu aſſumptiõis diuini numinis ad ꝯfirmatõem ſeu teſtimoniũ veritatis. Nec ob. ꝙ nedũ ꝑ creatorem ſed ⁊ ꝑ creaturã iurari põt. q2 reſpondet ꝙ quãdo quis iurat per creaturã reſpectu diuini nominis. iurat q2 tanquã cã efficiens reputat̃ in qualibet re creata. ⁊ tũc valet tale iuramentũ. q2 preſtat̃ reſpectu diuini numinis. alle. l. qui ꝑ ſalutem. ff. de iure iuran.

¶ Aliquãdo iurat̃ ꝑ creaturam in ꝯtumelia; diuini nominis attribuendo creature qđ eſt creatoris. ⁊ tunc non eſt iuramentũ q2 ibi nõ eſt religio. vnde ſiquis iurat ꝑ diabolũ ibi nõ eſt iuramentũ. vt ibi ꝑ ipſum. ¶ Et de materia huius rubrice habet̃ in. xxij. cã per totum repetit̃ in ſextũ. ⁊ in cle. ⁊ late per beatum Tho. ſecũda ſecũde. q. lxxviij. per totum. vbi tractat quot comites debeat habere iuramentũ ⁊ quãdo liceat iurare. ⁊ an iuramentũ ſit apetendu; vel frequentandũ. de quibus etiã ꝑ glo. ⁊ Archi. xxij. q. i. in ſumma. de materia etiam in Specu. in ti. de iuramenti delatiõe. ⁊ in ti. de iure iuran. ⁊ in alijs multis locis extendendis ꝑ hunc titu. in quo fiet mentio de multis ꝯſilijs ⁊ deciſiõbus nec hincinde ſparſis. adeo ꝙ certitudinaliter ſperare poſſumus maiora ⁊ vtiliora in hoc celebri titulo ꝙ̃ vnquã habuerim.

E X Adminiſtratõis. Agi põt ad relaxationem iuramenti cuius implementũ turpitudinem continet ex parte ſuſcipientis hoc dicit. ſupplet Bal. ⁊ ſi non remittit ipſe eṕs põt remittere vel eius vicarius ⁊ hoc dicit patere in antiqua. ⁊ quedam que alias dixi in. c. ij. infra de deſponſa. repetam hic tãquã in loco ordinario ⁊ multo magis vſitato. Primo ꝑ iſtum tex. dicit hic dominus Car. ſe dixiſſe repetendo. c. teſtimoniũ. š. de teſtibus. qđ ex iuramento extra iudiciali ꝓmiſſorio de iure canonico orit̃ actio arguendo ſic iuramentũ preſtitum homini põt ab homine relaxari q2 iurans parti intendit illi ꝓmittere l; ad ꝯfirmatõ; adducat religionẽ iuramẽti ⁊ directe inducit obligatione; homini alias non poſſ; ab eo relaxari ⁊ ſi inducit obligatiõem per cõſequens actione; tenet hec rõ. q2 par eſt ꝑtãs tollendi ⁊ inducendi. c. i. ĩ. de regu. iur. ⁊ ide; dicũ hic do. Ab. non nominato do. Car. đ qua materia dic vt late ꝑ omnes in. c. cũ veniſſent. ĩ. de iuſti. per Bar. in. l. ſiquis ꝓ eo in. ii. co. ff. de fideiuſ. ꝑ Bar. in. l. i. C. de opis li. ⁊ in. l. fi. in. iij. col. C. de fidei cõmiſſis. ¶ Secũdo colligit̃ ex hoc ꝙ eſt dictũ ⁊ ex tex. ꝙ licet iuramentũ principaliter obliget deo. c. debitores. ĩ. e. l. iurrandi. C. de rebus cre. tñ ſi ille in cuius fauore; iurat̃ obligatiõe; remittit nõ indiget iurãs alia abſolut̃. quia deus videt̃ etiam remittere ⁊ ad vtilitate; alt̃ius iuramentũ recepit ad idẽ in. c. ij. š. de renũ. ⁊ c. ſignificauit. ĩ. de cenſi. ij. cũ. ĩ. de ſpon. ⁊. l. fi. ff. qui ⁊ a quibus ibi niſi id patronus remittat ⁊ illã. l. notat Bal. in aũt. ꝙ ei. C. đ nup.

¶ Iſtud declarat elegant̃ ſpe. in titulo de legato. §. nũc oſtẽdendum verſi. hoc quoq; vbi tale iuramentũ pertineret ad religionẽ vel pietatem puta ſi iurãt duo ire in ſubſidiũ terre ſancte vel religionem ingredi vel eccleſia; leuare. q2 ipſi ſibi hoc iuramentũ remittere nõ pñt. ¶ Poſſunt tamẽ habẽtes itinerare remittere ꝙ nõ vadant ſimul. ſecũ; ſi ꝙ ñ vadãt. item intelligit Spe. hoc nõ ꝓcedere quando aliqui ſibi iurant pro temporali comodo promittendo aliquid ꝙ tenebãtur puta ſi mercatores ſibi iurant carius iuſto nõ vendere. q2 videt̃ iuratũ in animaru; ſalute;. Item intellige nõ ꝓcedere niſi aliqui ſimplicit̃ iurãt ſe facturos vel nõ facturos aliquid ꝙ nõ cõcernit ꝯmodu; vel incõmodũ iurãtium. q2 nequeunt ſe mutuo abſoluere ſ; ipſiu;. ¶ Procedit ergo iſte tex. cũ ſimilibus ſolu; quãdo iuramentũ tendit ad cõmodu; vel incõmodum ꝑtiu; ſuper re ad qua; quo ad deũ nõ tenebant̃ nec cõcernit cultũ diuinũ. ⁊ iſta dicta Spe. ſequit̃ ad littera; Guil. de mõte laudino in cle. i. eo. ti. nõ facta mentiõe Specula. de quo reprehẽdit eũ do. Car. ibi in. xiii. qõne ⁊ tangit aliquid Imol. in. iiij. col. ⁊ habent̃ et iſta dicta in ſuma piſana in verbo iuramentũ. el. ij. ⁊ ꝑ Jo. an. ⁊ do. Anto. in. c. ii. ĩ. de ſpon. ⁊ ide; tenet in effectu beatus Tho. ſecunda ſecunde. q. lxxxix. ar. vi. in reſponſiõe ad ſcđm argu. ¶ Item intellige ṗdicta niſi pars que iurauit iam incurriſſ; ꝑiuriu;. q2 amplius nõ prodeſt remiſſio ꝑtis per ea que infra dicent̃ ⁊ notat Bar. loquens de hac ꝓgatione in. l. pe. in fi. ff. e. ⁊ in. l. i. §. ſ;. ⁊ poſt opis. ff. de opis no. nun. ⁊ Bal. in aũt. ꝙ ei. C. de nup. adde tamen ꝙ ſi lapſu; eẽt tantu; de termino ꝙ certũ eẽt. ĩ. terminũ expediri nõ poſſe id qđ fuit iuratu; tamẽ prodeſt remiſſio vel ꝓgatio ſecundu; Bar. notant̃ in. l. cũ ſtipulat᷒ ſi; mihi a ꝑculo. ff. de v. ob. q2 ꝑiuriu; ẽ pena legalis ergo ñ ꝯmittit̃ añ diẽ. c. ꝯmiſſa. in. prin. đ ele. lib. vi.

¶ Vtꝝ autẽ creditor dãdo maiore; dilationẽ quã ſit ṗma iurata videat̃ tollere iuramẽtũ do. car. dixit ſin. ꝙ ſic in cle. i. §. nos itaq; in. v. q. ⁊ allegãdo Matheũ ibi ⁊ Raimundu; in ſumma ⁊ Spe. eo. titu. verſicu. item pone. ⁊ non dicunt ſimplicit̃ ꝙ nõ ſoluẽdo in primo termino prorogato non ſit ꝑiurus ſed ꝙ eſt totaliter abſolutus ⁊ ꝙ hec facit. ſ. q2 iuramentu; extẽdi debet quãto minus fieri poteſt ꝓpter periculum ꝑiurij. c. ꝯcli. ĩ. de verbo. ſig. vnde nõ trahitur ad incogitata. c. ij. š. de renũ. c. veniens. ĩ. e. ⁊. l. fi. C. de nõ. nu. pe. ¶ Secundo facit qđ dicit̃ de fideiuſſore ꝙ ſi interuenit in obligatõe facta ad tempus ꝓgato illo tempore nõ cenſet̃ ꝓgata eius obligatio vt late no. Jo. an. in Spe. de fideiuſ. §. i. verſi. illud autem. ⁊ do. Abba. in. c. cõſtitutus. de fideiu. ⁊ do. car. in. đ. cle. a. in iij. car. ver. viij. bonus tex. in. l. itẽ querit̃. §. qui impleto. ff. locati. ⁊ in. l. ſi merces. §. i. eo. ti. ita hic iuramentũ interueniens quaſi loco fideiuſſoris nõ extendit̃ ad hanc obligationem ꝓgatã. ¶ Tertio facit. c. cleric᷒. ĩ. eo. vbi qui iurat ſernare ſtatuta nõ tenet̃ ad futura niſi ſuper illis iterum đ nouo iuret ita hic iurãs ſoluere in certo termino nõ intelligit̃ iuraſſe in alio termino niſi reiteret iuramentu;.

¶ Sed cõtrariam ꝑtem ꝙ etiam in ſecundo termino duret vinculum iuramenti tenet Barto. in. l. i. §. ⁊ poſt operis. cir. me. ff. de opis no. nũ. ⁊ Bal. in. c. venerabilem. in antepenul. col. š. de elect. cõcludens poſt argumenta ꝙ ꝓrogans terminũ in quo quis iurauerat vr̃ ꝓgare cũ eiſde; qualitatibus ꝓut eſt de nã ꝓgatiõis ſ; quod ſingulariter no. gl. fi. in. c. hij qui deprehen. libro. vi. dicens

tempus progatum cenſeri eiuſdẽ nature cũ ꝓrogato ⁊ videt̃ tex.
in.d.l.cum ſtipulatus ſim mihi a ꝑculo ⁊ glo.ꝑma in.c.fi.j.de pre
cario ⁊ not. Bal.allegãdo ſemper pro ordinaria glo.d.c.bij qui
in.c.fi.in.vij.col.ſ̃.de cõſue.⁊ in.c.de cauſis in.v.col.ſ̃.ꝺ offi.de
le.⁊.in.c.primo in vltima col.ſ̃.de iudi.⁊ in.l.ſi cum dies in prin.ff.
de ar..⁊ in.c.i.§.fi.in ti.an ille qui interfecit frẽm domini ſui ⁊ in.l.ſi
a te.C.de pac.inter ẽp.⁊ vẽ.⁊ in.l.emilius vbi bona glo.ff.de mino.
⁊ in.l.ſi cõſtante.C.de dona.ante nup.⁊ in.l.iiij.ff.de excuſa.tu.⁊ in
l.obſeruare.§.proficiſci in.xviij.queſtione.ff.de offi.proconſul.⁊
in.l.nõ dubiũ in.iij.oppo.C.de le.⁊ in.l.ꝙ dicit̃.§.miles.ff.de mili.
teſt.⁊ in.l.meminiſſe ad.fi.ff.de off.ꝓcõſul.⁊ Bar.in.l.epiſcopale
C.de epiſcopali au.⁊ in.l.iiij.ff.de dã.infec.⁊ Ange.in.d.§.miles
cũ ſimilibus.¶ Ad idem fortiter facit notabiliter deciſio Inno
cẽij in.c.preterea requiſiſti ſuper verbo medio tẽpore.j.de appel.
vbi dicit ꝙ ſi preceptũ eſt ticio vt ſub pena excõis ſoluat ſempro-
nio.j.x.dies ſi ſempronius prorogat terminũ nõ incidit in excõem
latam q2 non eſt contumax ⁊ ſi adueniente termino prorogato nõ
ſoluit incidit in excõem ar.l.ſed ſi manente.ff.de precario ⁊ q2 ter-
minus videtur prorogatus cum ſuis acceſſorijs ⁊ ſequitur ibi ho-
ſtiẽ.Jo.an.⁊ alij ⁊ Bar.in.d.§.⁊ poſt operis ⁊ facit.l.labeo alias
incipit ſi arbiter.§ j.ff.de arbi.ad idem ꝙ no.bal.in.l.j.in.x.q.C.de
his que pene nomine vbi dicit ꝙ ſi teſtator iuſſit conſtrui capel-
lam infra annum a die mortis ſub certa pena ⁊ epiſcopus proroga
uit iſtũ terminũ ſimpliciter ꝙ lapſo termino heres incidit in pe-
naʒ q2 nõ ꝺ2 aliqd iprobari lʒ dies ꝓroget̃ ⁊ iõ pena ꝓrogat̃ ſʒ nõ
abſorbet̃ allegat Inno.in.d.c.preterea ad idẽ ꝙ no.Bal.in.l.ac
ceptam in.vij.qõne.C.de vſu.vbi dicit ꝙ ſi obligatio penalis ſim
pliciter prorogat̃ euitat̃ pena ſʒ ſi nouo termino nõ ſoluit reincidit
in penaʒ.Ad ideʒ ꝙ no.lapus in cle.ſtatutũ ꝺ elec.⁊.refert ibi dñs
Car.in.iiij.col.vbi dicit ꝙ ſi alicui ſtatuto fit aliqua additio idem
iur̃ intelligitur repetituʒ in addi.quod erat in ſtatuto ⁊ ideo con-
tentum in illa additione intelligit̃ ⁊ quo ad penam ⁊ quo ad alia
in ſtatuto ꝯtenta ⁊ hoc dicit ꝓbari ibi ex gl.in ver.cõſuetudine ꝙ
dicit do.Car.ibi eẽ ſingulr no.⁊ aſſignat rõnẽ.q2 id ꝙ venit ꝑ mo
duʒ addẽdi fit ꝑs illi⁹ cui addit̃ ꝑ.d.l.ſʒ ſi manẽte.ff.de ꝑcario ho
nus tex.in.l.cũ ꝓponebat̃.ff.de iudi.¶ Et tenẽdo hãc ptẽ rñderi
põt ad ꝯ̃ria ⁊ ad illud ꝙ dictuʒ eſt de iuramẽto ſtricte interpretã-
do rñdet hoſti.in.d.c.ꝑterea ꝙ.in dubio tenẽda eſt iſta ꝑs tãquã
tutior ⁊ non dicitur ampliari iuramẽtũ ex quo tacite includit̃ in co
vt trahatur ad ꝓrogationeʒ non ob.ꝙ dicebat̃ de fideiuſſore.q2
reſpõdet ideʒ Hoſti.notãt ꝙ iſta cõclu.ꝙ termin⁹ videat̃ ꝓro-
gatus cuʒ ſuis acceſſorijs intelligit̃ de acceſſorijs depẽdẽtibus
ex partiũ poteſtate ſicut eſt iuramẽtum pignora pena promiſſa ⁊
ſimilia ſecus in his que nõ pendent ab eis ſʒ ab alijs ſicut ſunt fi-
deiuſſores dati ⁊ res aliene obligate illa eniʒ nunq̃ʒ obligant̃ niſi
idem fideiuſſores ⁊ domini pignoꝝ iteruʒ de nouo cõſentiãt pro
batur ſm eum in.l.labeo.§.pe.⁊.fi.ff.de ar.⁊ in.l.item querit̃.§.q
impleto ⁊.l.ſi merces.§.j.ff.locati ſcðm eũ ⁊.l.ſi mandato ticij.§.
paulus.ff.man.⁊ in.l.fi.C.de dona.¶ Unum etiam relatione di
gnũ putaui pro intellectu eius ꝙ per iſtum tex.ſ̃.dictum eſt iura-
mentum reſpiciens cõmodũ partis principaliter poſſe per partem
remitti quoniam illud habet locum nedum in remiſſione expreſ-
ſa ſed etiam tacita quod eleganter probatur ex verbis Bal.in.l.
fi.in.iii.col.C.de pac.vbi dicit ꝙ ſi pater inſtituit heredem filiam
que dum tradebatur nuptui iurauit non habere regreſſum ad bo
na patris poterit petere ꝙ ſibi debetur ex teſtamento ꝙ firmat ro.
in.l.ſtipulatio hoc modo concepta in.xi.col.de verbo.obli.q2 pa-
ter ex hoc videtur ſibi tacite iuramentum remittere ex quo incidẽ
ter habes vnam limitationem ad.c.quãuis de pac.li.vi.reliques
multas ⁊ non vſitatas dicam in.c.cum contingat.j.e.⁊ quod iſtõ
de tacita remiſſione ſit verum probatur ex eo ꝙ ſignanter ſcribit
do.Anto.in.c.i.in.x.coll.verſiculo omnia predicta vera infra de
hiis que fi.a ma.par.ca.vbi dicit ꝙ quando ſtatutum collegii cõ
cernit ſolum vtilitatem priuatam ipſorum de collegio tunc omni
diſtinctione omiſſa eo ipſo ꝙ vniuerſitatis vel collegium delibe
rat venire contra ſtatutum videt̃ remittere iuramentum ꝙ poſ-
ſunt per iſtum tex.vnde non incurrunt periurium non ex ſublatis
ſtatuti ſed ex remiſſione ⁊ abſolutione iuramenti vnde non nega-
bit̃ ſʒ eũ ꝙ ſi duo iurarunt ꝯ̃here matrimoniũ ⁊ de cõi ꝯcordia

quelibet contrahit cum alio in illo inſtanti videntur ſe abſoluere
facit q2 cum poſſint veriſimile eſt ꝙ velint ne alias incurrant deli-
ctum ꝑiurij.⁊ iſtud bene no.¶ In glo.i.in fi.nota ex glo.ꝙ inter
dum debitor ſimpliciter iurat ſoluere vſuras interdũ iurat ſoluere
⁊ nõ repetere.⁊ de vtroq3 caſu videndũ eſt de remedijs ꝯpetenti-
bus debitori ꝯiungendo dicta do.Anto.⁊ do.Abba.⁊ Jmol.hic
quibuſdam additis.¶ Aliquãdo debitor iurat ſoluere vſuras.
⁊ eſt primum remediũ vt ſoluat deinde repetat.vt in.c.debitores.
j.e.Nam ſic ſeruabit iuramentum ⁊ etiam finaliter habebit inten-
tum.q2 lʒ iurauerit ſoluere nõ tñ iurauit non repetere ideo repetere
poterit.ar.eorum que habent̃ in.c.ij.ſ̃.de renun.⁊ qð no.j.de vſur.
in.c.ꝑ tuas.quomõ autem iſtud procedat dicet̃ in.d.c.debitores.
¶ Secundũ remediũ eſt vt ante quã ſoluat petat a iudice vt fa-
ciat ſibi relaxari iuramentũ ꝓut dicit̃ hic in tex.q2 lʒ iurauit ſoluere
nõ iurauit nõ petere relaxatõem vel abſolutõem iuramenti.⁊ iſtud
remediũ ⁊ ſequens intellige ante incurſum ꝑiurium ꝑ ea que.j.di-
cent̃.¶ Tertiũ eſt remediũ vt ſi creditor nõ vult relaxare petat̃
abſolutio ab ẽpo qui põt abſoluere a iuramẽto turpiter ſuſcepto.c.
ſi vero.j.e.⁊ dicet̃.j.in prima.q.⁊ nõ eſt iſtud remediũ ſubſidiariuʒ
ſolum deficiente ꝑcedenti.vt dicit Inn.in.c.debitores.j.e.⁊ Bal.
hic.⁊ ſentit Lau.de rodu.in tractatu de vſu.q.cxxiij.immo ⁊ ordi
narium a quo incipi põt ſm do.Anto.do.Abb.⁊ Jmo.hic.⁊ do.
Anto.⁊ do.Abb.in.c.ad aures.ꝙ metus cã.⁊ Jmo.ibi.⁊ in.c.de
bitores.in.v.col.j.e.q2 quãdo reperiunt̃ duo remedia a iure ꝓdita
videnť eque principaliter ꝓdita.nec vnum eſt ſubſidiariũ ad reli-
quum.l.quotiens.ff.de actio.⁊ obliga.Et ꝓ hoc adducit do.Ab.
hic quia epiſcopus abſoluit principaliter a iuramento metu preſti-
to nec eſt neceſſe recurrere ad partem.c.ſi vero.j.eo.no.Jnn.in.d.
c.ad aures.fortius in caſu iſto.Nam in geſtis ꝑ metum obliga-
tio primaria acquirit̃ parti ſm no.in.c.abbas.ſ̃.quod metus cau-
ſa hic autem ex ꝓmiſſione nihil acquirit̃ parti ⁊ iuramentũ princi
paliter dirigit̃ in deum.c.debitores.j.e.ſm eum.que ratio ꝯtinet in
ſe vnum falſum etiam in iuramento iſto de vſuris ſoluendis acq-
ritur obligatio parti directe ⁊ principaliter.vt no.ipſemet do.Ab.
hic in primo notabili ⁊ in con.c.per iſtum tex.reprehendendo do.
Anto.in.d.c.debitores.⁊ iſtis adde quod tutius eſt ⁊ ſicut practica
tur ꝙ petat̃ primo creditorem cogi ad relaxandũ ⁊ ꝙ in ꝯtumaci
am ipſum abſoluat ſm Jmo.hic.⁊ in.d.c.debitores.in.v.colũ.ꝓ
quo vide Oldra.ideʒ ſentientẽ conſi.xviij.qð incipit ex ordine vi-
deat̃.¶ Quartuʒ eſt remediũ vt debitor ꝯuentus ratõe iuramẽ-
ti excipiat ꝯ̃ agentem vt deſiſtat ab exactõne ex eo.q2 ſibi ꝯpeteret
repetitio ſi ſolueret ⁊ q2 petere poteſt vt ipſe creditor relaxet ſibi iu
ramentum ⁊ ſic illud petit ſibi relaxari ⁊ qð hec fieri poſſet firmat
Fede.ꝯſi.cclxxij.pe.col.in fi.in.c.paſtoralis.j.de cauſa poſſeſſio.
⁊ ꝓprieta.ſicut etiam ꝑ viam exceptõis põt peti reſtitutio in inte-
grum.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minor.ff.e.l.necnõ.§.exemplo.ff.ex qui
bus cau.maio.⁊ bene facit quod no.in.l.papinianus.§.ſi filius.ff.
de inoffi.teſta.vbi etiam interdũ ꝑ viam exceptõis preponit̃ que-
rela inofficioſi teſtamenti.⁊ facit etiam glo.in.l.aurelius.§.centuʒ.
ff.de libe.lega.⁊ quod no.Bar.in.l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dã.
infec.¶ Sed hoc remediũ intelligit hic do.Abb.habere locum
dũmodo terminus de quo eſt iuratum nõ ſit lapſus.vel dũmodo
ceſſante termino debitor nõ ſit ꝯſtitutus in mora.ex ſola interpella
tõe q2 in iſtis caſibus qbus ẽ incurſum ꝑiuriũ ne in eo ꝑſeueret dʒ
ſolui poſtea repeti.d.c.debitores.ꝑ ea que infra dicent̃.¶ Quin
tum eſt remediũ vt iudex ex officio compellat creditorẽ paratum
ad exactõem vt deſiſtat per.c.tuas.j.de vſu.vt hic ꝑ do.Anto.⁊
do.Abba.Sed ꝯ̃trium tʒ hic Jmol.q2 pars hʒ remedium qð põt
ſoluere ⁊ poſtea repetere.⁊ ideo ſuccedunt no.in.l.iiij.§.hoc autẽ.
ff.de dam.infec.⁊ in.c.bone.cuʒ ſimilibus.ſ̃.de elec.vʒ ꝙ quãdiu
põt aliter pti eſſe ſuccurſum nõ dʒ iudex per ipſius ptem vtilitatis
officium ſuum nõ petitum interponere bene fatet̃ Jmo.ꝙ vbi ꝑs
nõ haberet remediũ.puta q2 iuraſſet ſoluere ⁊ nõ repetere iſtud ꝓ
cederet.⁊ ſic loquit̃.d.c.tuas.⁊ expreſſe no.Jnno.in.c.ad noſtraʒ.
el.ij.j.e.Nec ob.qð etiam tunc ꝯpetit aliud remediũ.ſ.vt petat cre
ditorem cogi ad relaxandũ q2 ꝓcedit hoc ex quadam equitate po
tius q̃ʒ ex rigore.⁊ ideo nõ excludit officium iudicis qð etiam ſu-
per equitate fundat̃ iuxta no.ꝑ glo.in.l.de pecoribus.C.ad.l.acq.
⁊ per Jnnoc.in.c.ex tranſmiſſa.j.de preſcrip.¶ Adde Lau.de

rodul.in.d.tractatu.q.cxxiij.vbi ponit ſi creditor eſt abſēs vel ſi pōt
induci ad relaxandum an iudex ex officio poſſit relaxare ⁊ diſtin
guit an ſit abſens contumaciter ⁊ an de contractu vſurario poſſit
conſtare ⁊ adde ꝙ opinio domini Anto.⁊ do.Abb.poteſt ſalua-
ri ex eo ꝙ alibi ſingulariter dicitur iudicem poſſe ſupplere ex offi
cio vt obuiet peccato euidenter iminenti non diſtinguēdo an par
ti competat remedium an non vt dicit glo.in.c.cupientes.§.centuꝫ
in li.ver.contuma.de ele.li.vi.cū cōcor.quas dicam in.c.ad no-
ſtram el.ij.infra.e.item nihil allegat Inno.pro eo quod dicit re-
mediū huius.c.procedere ex equitate. ¶ Adde etiam aliud re-
medium vꝫ per viam denunciationis euange.nam licet creditor
nōdū receperit vſuras tamen peccare videtur retinendo debito-
rem obligatum ideo poteſt per dictam viam peti vt deſiſtat a pec
cato ⁊ ꝙ relaxet obligationem ſm Imo.hi cui adde incidenter
vnum vt ꝙ ſi exceptio vſuraria deducitur coram epiſcopo poſt-
quam in curia ſeculari lata eſt ſententia que tranſiuit in rem iu-
dicatam non debet epiſcopus inhibere ne exequtio fiat. ſed
poſt exequtionem cognoſcat de excepti.vſuraria ita late conſuluit
Ancha.cōſilio.ccxxix.incipit caſus talis eſt poſt preceptum ⁊ ita
per plura pridie conſului. ¶ Aliquando debitor iurauit ſoluere ⁊
nullam queſtionem mouere vel abſolutionem aliquam non pete-
re ⁊ queritur de remedio vt non ſoluat poſtea repetat vt eſt dictuꝫ
ſupra qr non iurauit non repetere. ¶ Secūdum remedium eſt vt
denūciet eccl'ie qr nullum iuramentum impedit ꝙ quis non denū
ciet criminoſum vt trahitur in.c.quēadmodum.j.e.⁊ no.glo.in.c.
ad noſtram el.ij.infra.e.⁊ in.c.veniens infra de regula.⁊ in.c.au-
ctoritatem.xv.q.vi.⁊ Inno.in.c.ad aures prope fi.ſ.ꝙ me.cauſa
⁊ Lau.in.d.tractatu.q.cxxvi.debet tamen denuncians fundare ſe
ſuper ſalute proximi ⁊ nō principaliter ſuper interēē ſuo qr tunc ob-
ſtaret ei iuramentum ſm hoſti.in.d.c.quēadmodum ⁊ do.Anto.
imo.⁊ do.Abb.hic ſubdentes quod poteſt etiam per viam cuiuſ
dam intimationis reſiſti creditori vt iudex certificatuſ inſtet circa
correctionem peccati ⁊ in hac non requiritur alia monitio ſm ip
ſos ⁊ allegat do.Abb.c.preterea el.ij.j.de ſpon. vbi eſt caſus de
hac intimatiōe que fit iudici ad peccatum obuiandū ſiue aliqua
monitio ⁊ facit.c.tertio loco.ſ.titulo primo nec haberet locū hic
denūciatio iudicialis qr illa tendit ad proprium intereſſe vt hic ꝑ
do.Abb.ad ꝙ vide eundem in.c.nouit in penul.col.ſ.de iudici.⁊
cal.in ti.de accu.conſilio.v.incipit denunciat eccleſie. ¶ Tertiū
remedium eſt vt petat debitor abſolutionem a iuramento abſqꝫ eo
ꝙ citari faciat creditorem ⁊ hoc remedium ſentit Jo.an.in ſpec.
ſuper rubrica de iure iuran.in fi.dicens quod per eam non detra-
hitur multum iuri aduerſarij ſicut in liberto qui petit veniam a iu-
dice vt poſſit agere contra patronū vt.l.iij.ff.de iniuſ.vo. ¶ Sꝫ
hec non placet do.Abb.ex duplici capite.primo qr ſatī exponit que
relam de aduerſario proponendo ꝙ eum illicite aſtringit iuramē
to ⁊ ſic venit contra iuramentum.ſecundo qr nō poteſt negari qn
ex relaxatione iuramenti fiat preiudicium creditori arg.c.fi.de fo.
compe.libro.vi.ergo nō debet fieri abſolutio eo non vocato ⁊ vo
cari nō poteſt quin aduerſarius incidat in periurium exponendo
querelam contra illum ⁊ ſic do.Abb.impugnat hoc remediū ideꝫ
reperit inferius in alio loco dicens ꝙ ſi iurauit non denunciare ta
mē poteſt quia nullum iuramentum aſtringit reſpectu denūciatio
nis. ¶ Sed inquātum reprehendit Jo.an.dicentem ꝙ nō requi
ritur citatio ne contraueniat iuramento de non vocando in ius
dic ſm Imo.hic quod tranſire poteſt dictum Jo.an.vꝫ quod ꝓ
cedat quando petitur abſolutio ab iſto iuramento inquātum iura
uit non petere abſolutionē nec in ius vocare creditorē ⁊ hoc caſu
nō requiritur citatio ſed poſtquā fuerit abſolutus a tali iuramēto
preſtito ſuper vſuris ſoluēdis vel nō repetendis bene debet pars
citari ſeu ipſe creditor per ea que infra dicentur ⁊ hoc modo ſalua
tur hoc remediū ad quod tamen vide ꝙ dicetur infra in prima li
mitatione quarte queſtionis ⁊ predicta remedia etiā cōpetūt quā
do vſure ſunt ſolute ⁊ iuratū eſt nō repetere. Si autē eſt iuratū nec
repetere nec querelare nec denūciare adhuc pōt denūciari ꝑ pre-
dicta ⁊ eſt locus officio iudicis ꝑ.c.tuas infra de vſu.⁊ iſtis ad
de ricardū in.iiij.di.xxxviii qōe cū arti.iii.vbi concludit nō valere
votum de nō petendo diſpēſationē a papa.ſuper certo voto ⁊ rō
nes ſue faciūt in ꝓpoſito vt nō valeat iuramētū de non petendo

abſolutionem a iuramēto ⁊ etiam tangunt domi.Anto.imo.in.c.
quintauallis infra.eodem.⁊ ibi dicetur. ¶ Extra glo.circa quo
tidianam materiam abſolutionis a iuramento quero primo vtrū
eps poſſit abſoluere a iuramento ⁊ dic ꝙ ſic quādo iuramentum
non eſt manifeſte licitum ⁊ vtile ſed eſt dubiū vtrū ſit licitū vel illi-
citum ꝓficuum nō eſt manifeſte licitum ⁊ vtile.ſed eſt dubiū vtrū
ſit licitum vel illicitum ꝓficuū vel nociuum ſimpliciter ab aliquo
caſu qr pōt eps diſpenſare vel abſoluere a iuramento ſm omnes
doc.hic.⁊ Inn.in.c.debitores.j.eo.⁊ late Lau.de rodul.in tracta
tu de vſuris.q.cxxij.⁊ beatum Tho.ſecūda ſecūde.q.lxxxviiij.ar.
viiij.⁊ Inn.do.Anto.do.Abb.⁊ Imo.in.c.ad aures.ſ.ꝙ metus
cauſa.⁊ doc.in locis.j.allegandis.⁊ facit.c.ↄſtitutus.ſ.de teſti.⁊
tex.hic.⁊ in.c.ſi vero.el primo.⁊ in.c.verum.j.e.⁊ in.c.ſignificauit.
cum ſimilibus.j.de cenſi.ad idem.c.cum quidā.§.fi.j.e.vbi dicit
ꝙ abſoluendi ſunt hi a quibus illicitā iuramenta extorta ſunt.⁊ ta-
men nō dicit ꝑ quem fiat abſolutio.ergo innuit ꝙ epo reſeruatur.
ar.c.nuper.j.de ſenten.excōmu.⁊ ita etiam no.Jo.an.in.d.c.cum
quidam. Et iſtud hꝫ locum etiam quādo iuramentū.qr tunc non
eſt neceſſe vt iudex adimpleat prius iuramentū vel faciat compel
li recipientem ad relaxatōem ſed pōt directe petere abſolutōꝫ ſm
Inno.in.d.c.ad aures.quaſi in fi.quem ſequit do.Abb.ibi ⁊ hic.
Et Lau.in.d.tractatu.q.cxxv. ¶ Item ꝓcedunt iſta etiam in iu
ramento quod ſeruari pōt ſine interitu ſalutis eterne ſed eſt ꝑnitio
ſum exemplo.qr pōt ⁊ dꝫ ꝑ ipſum relaxari ꝓut anch.in.c.venerabi
lem ad fi.ſ.de elec. ¶ Item ꝓcedūt ſi eps vellet ↄmutare iura-
mentum vt dicet in.c.ꝑuenit.el.ij.j.e. ¶ Sed aduerte diligenter.
qr iſta nō ꝓcedunt vbi eſt ꝓbabile dubium.an ſit ↄcedenda abſo-
lutio vel nō.qr tunc illam ↄcedere nō pōt inferior a papa etiam le
gatus vt eſt de mente Inno.in.c.venerabilem.in glo.incipiente ta
li modo.ſ.de elec.⁊ expreſſe no.Imol.j.e.cum ↄtingat.in.xxviiij.
car.verſiculo no.diligenter allegans ad idem Raimundū in ſum
ma de diſpenſatōe in notis ⁊ multum diligenter eſt hoc notandū
ſm eum ⁊ bene.qr cuꝫ pleriſqꝫ caſibus ſit expreſſa ↄrietas inter do
ctores an danda ſit abſolutio vel nō.nō poterit eam ordinari⁹ cō-
cedere.ſed vbi ꝓbabiliter certum eſt debere dari abſolutōem vt ſi
eſt ꝑſtitum per metum vel vim vel in caſibus ꝑdictis pōt abſolue
re vt in locis preallegatis. ¶ Attamen Specu.tꝫ ↄrium in ti.de
legato.§.nunc oſtendendū.ver xxiiij.vꝫ ꝙ eps pōt interpetrari an
iuramentum indigeat abſolutōe vel non.⁊ ipſum valde ſequit do
minus Abb.in.d.c.venerabilem.in.viij.col.⁊ in.c.cum veniſſent.
in.ij.col.ſ.de iudi.⁊ in diſputatōne ſua incipiente ſtante ſtatuto in
xviiij.col.⁊ do.Anto.in.c.quanto.in penul.col.j.eo.⁊ ſentit expſſe
Domi.in.c.fi.in vltima col.verſi.ſi tamen vertat de foro compe.
lib.vi. Reſpondet Specu.ad.c.venerabilē.dupliciter vel ꝙ ꝓce-
dit in negotio arduo ⁊ inter magnas ꝑſonas vel quando agitur
de danda licentia ↄtraueniendi ſine ꝑmutatōe vel aliqua ↄmuta-
tione in melius.⁊ iſta opinio eſt approbata de ↄſuetudine.qr etiam
vbi eſt magna diuerſitas inter ſcribentes an danda ſit abſolutio
vel non eps cenſet iudex competens ⁊ ita tranſeo quicquid alias
ſcripſerim in.d.c.ij.de ſpon. ¶ Secundo quero vtruꝫ.c.ſede va
cante poſſit abſoluere a iuramento ꝓut eps ⁊ arguit ꝙ non.quia
hec eſt quedam deſponſatio.ſ.ꝑ eam fit iuris relaxatio ⁊ diſpenſa
tio.nihil aliud eſt quā iuris cōmunis relaxatio vt no.in.c.vt conſti
tuet.l.di.⁊ in.§.niſi rigor ꝑma.q.vij.⁊ ꝑ Inno.in.c.dilectus.ſ.de
tempo.ordi.in additōnibus ſed capitulū ſuccedit in iuriſdi.epali
c.vnico.de maio.⁊ obedien.in.vi.vt.ſ.ꝓcedat de iure nō autē vt
ius relaxet. ¶ Preterea videt ꝓ hoc expreſſa deciſio Inno.in
c.ij.j.de eo que fur.or.ſu.vbi dicit ꝙ ꝑlati inferiores ab epiſcopis
nō diſpenſant niſi in caſibus a iure expreſſis ⁊ iſte nō eſt expreſſus
⁊ dictum Inn.ſequit Archi.in.c.eccleſia.hꝫ ſenatum.xvi.q.i.⁊ do
minus abb.in.c.i.in.fi.col.j.de voto.⁊ in.c.cum ad monaſterium.
in penul.col.j.de ſtatu mona.⁊ in.c.i.j.de priuile.⁊ Domi in.c.cuꝫ
ex eo.in.ii.col.de elec.in.vi.⁊ in.c.cum nullus.in vltima col.de tē-
po.ordi.e.li.⁊ iſtud de diſpenſatōe extendit ad abſolutōem ab ex-
cōicatōe vt nō competat inferioribus ab epo niſi iure exprimatur
ſm do.Abba.in.c.ii.j.de ſenten.excōmu.ꝓpter quod magis fir-
mat iſta ꝑs de abſolutōne a iuramento vt nō competat inferiori.
¶ In ↄrium facit qr ſede vacāte ſuccedit capitulū in ſpiritualib⁹
cum temporalibus capitulo penul.⁊ fi.de ſup.negli.ꝑla.li.vi.in ca

pitulum ergo tranſeunt omnia que ptinẽt ad ep̄z iure ſuo. vnde et pōt iudicare de bereſi. c. ad abolendam. j. de bere. ⁊ dat coadiuto rem ep̄o dementi que nō reſiſtit. c. vnico. §. ſi vero. de elec. li. vi. ⁊ multa alia que colligant Jo. an. in. c. incō. de maio. ⁊ obedi. vi. ⁊ ibi domi. ¶ Item diſpenſat ſuper ſeptennio in caſu dicti. c. cū ex eo vt ibi no. Jo. an. ſuper glo. que incipit licet agitur ⁊ ibi domi. in ii. col. ⁊ late Fede. conſilio. xxx. incipit an capitulū ſede vacante ꝓ boc allego glo. notabilẽ in. d. c. eccleſia babet ſenatum que dicit ꝙ capitulum eligendo indignum diſpenſat cum eo ſicut ep̄s niſi ei ſit iure probibitum. Item negari non poteſt quādo boc ſit iuriſ ditionale ꝙ tenet Jo. an. in ſpecu. delegato. §. nunc de epiſcoporū verſi. ſʒ nunquid legatus ergo ſuccedit capitulū. c. biis que ⁊. c. cum olim. ſ. de maio. ⁊ obe. ⁊ cum non inueniatur probibitū. item iſta non eſt proprie diſpenſatio. Sed potius abſolutio vel denunciatio ꝙ tali iuramento non teneatur. ¶ Et ita per bec conſuluit in terminis do. car. conſilio. xxxviii. incipi. quedam babēs vnū filium in ſecundo dubio ad rationem in contrariū reſpondet ⁊ ad primā negat ꝙ ſit diſpenſatio ⁊ ſi etiā eſt adbuc permittitur capitulo per ſupra dicta. Ad ſecūdū de dicto Inno. in. c. ii. de eo ꝗ fac. reſpōdet ꝙ capl̄m quatenus ſuccedit ep̄o non eſt inferior epiſcopo ſed par. q̄r gerit vices ep̄i vnde quāuis iure capituli diſpenſare nō poſſet vt per glo. in ver. elegerunt in. c. ex inſinuatione. j. de ſimonia tamen iure epiſcopi poteſt vel vt eſt dictū non eſt diſpenſatio ſed abſolutio que ad iuriſdictionē ep̄i partiū ⁊ vtraqʒ reſponſio fuit Federici in dicto cōſilio. xxx. poſſet etiā dici vltra do. car. ꝙ ptās diſpenſandi competit inferiori ab ep̄o babenti iuriſdi. quaſi ep̄alem in omnibus caſibus in quibus ep̄s pōt diſpēſare vt elegāter decidit Fede. cōſilio. xiiii. incipi. monacbus peruſinus in. iiii. col. quē ſequitur do. Abb. in. c. at ſi clerici. §. de adul. in. x. col. ſ. de iudi. ⁊ bene facit quod no. Inno. in. c. ii. in fi. de tranſac. ⁊ gl. in cle. ſi vna in ver. ꝓprii de rebus eccle. non alie. cū concor. ¶ Tertio quero vtrū iudex ſeculari poſſunt abſoluere a iuramento ⁊ dic ꝙ nō ratione ſpiritualitatis quā in ſe babet iuramentū patet ex notatis in. d. c. venerabilē ⁊ per glo. fi. in. c. cum ſit generale ſupra de foro cōpe. ⁊ per do. Abb. in. c. ſignificante in primo notabili infra de pigno. ⁊ Hoſti. in. c. tuā ſuper glo. ſ. de ordi. co. ⁊ per oēs in. c. fi. de fo. cōpe. libro. vi. ¶ Poſſet tamen iudex ſeculare in caſu buius decre. ⁊ ſimili cōpellere recipientē turpe iuramētū ⁊ ipſum relaxet vt expreſſe ſentit Fede. conſilio. cclxxii. in nomine domini tamē. ſtatutū ciuitatis ꝓpe fi. ⁊ de ipſo feſtū facit ro. in ſingulari. ccccc viii. incipiēte vbi iuramētū loquēs prope in caſu buius capli ⁊ dicit ꝙ quibus varie in boc cōſulū fuit tamē ita iudicauit q̄r iudex ſecularis eſt cōpetēs ad cogendū partē ſuper obſeruantia iuramēti. c. licet. e. ti. in. vi. ergo eadē ratione pōt cōpellere ad relaxandū. ¶ Poſſet etiā iudex ſeculare declarare quē incurriſſe periuriū caſu quo de boc non eſſet dubiū ſm ro. in ſingulari. cccc xxx. incipiente. Ego corā magnis doctoribus q̄r lex ſeculare punit periuriū. l. i. ff. ad turpi. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ergo ⁊ iudex pōt boc declarare ⁊ adducit ꝙ no. do. Anto. in. c. cū ſit generale. ſ. de foro cōpe. vbi dicit ꝙ etiā ſeculare pōt punire ꝙ eſt conſequēs poterit etiā cognoſcere quod eſt antecedēs. Sed intellige quādo de boc nō eſt queſtio iuris ſed facti per notata in. l. ticia. ff. ſo. ma. per bar. ⁊ alios ⁊ do. anto. ⁊ do. abb. in. c. tuā ſupra de or. cogni. ¶ Poſſet etiā ſeculare cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramēto facte per eccleſiaſticū ſm Pe. de ancba. multū ſolēniter conſilio. ccclxxxii. incipi. retento ordine dubiorū in quarta col. mouetur per plura maxime per notata per Jo. an. in. c. cum in iuri. ſ. de offi. dele. ⁊ in. c. j. de offi. or. vbi dicit ꝙ iudex ſeculare nō tenetur exequi p̄ceptū eccleſiaſticū ſi ſit vel ſuſpicatur de eius iniuſticia ⁊ probatur per locū a ſpeciali in. c. vt inquiſitionis. §. probibemus de bere. li. vi. ⁊ ex eo quod notat bar. in. l. diuus. ff. de cuſto. reorū paulo poſt prin. non in exēplo ſed in ratione ſui ipſiꝰ ⁊ in ſpecie notat do. abb. in. c. j. in. v. col. ſ. de officio or. vbi vide reſpōdet dn̄s Petrus ad. c. fi. de excep. libro. vi. vbi iudex ſeculari debet ſequi ſentētiam iudicis eccleſiaſtici. Nā boc verum ſm eū vbi euidenter nō apparet nulla vel iniqua ꝙ bene no. ¶ Et iſtis modis acceptari poſſunt animoſa ⁊ inſolentia verba bal. in. l. i. in prima col. ver. modo ſol. ⁊ dubitari. C. de ope. liberto. vbi dicit ꝙ ſi eſt interpoſitum iuramentum in cōtractu ſimulato cognoſcere de

nullitate buius iuramenti ⁊ relaxare non eſt proprie relaxatio Sed declaratio non tenere lʒ ad ep̄m ptineat ſm iura canonica ⁊ ſm ciuilia ptinet ad iudicem cauſe. q̄r nō bʒ ſup iuramento diſponere ſed declarare ⁊ dicit ſe neſcire quare canoniſte reuocent boc ad ſuum imperiū in. c. fi. de foro compe. li. vi. pſuadendo ſibimet ꝙ cauſa ſit ſpiritualis ſed boc nō eſt verum ſm eum q̄r iuramentum quod nō bʒ ꝯſenſum nō bʒ ſpiritum ⁊ iudex ſecularis pōt cognoſcere ſup ꝯſenſu. ergo eſt neceſſaria ꝯſequētia ſup iuramento ⁊ dicit ꝙ domini ſui canoniſte dicunt ꝙ in dubiis ſpiritualibus eccleſia cognoſcit ⁊ quicquid ē dubium trabūt ad ſuum molēdinū. ⁊ de facto cōiter eccleſie defert ⁊ eſt pars mitior ſm eum. Ad idē vide Bal. in. l. nec patronis ad fi. C. de ope. liber. vbi dicit ꝙ quādo lex p̄ſumit ſimulatōem in ꝯctu. nec eſt neceſſaria ꝓbatio bominis iuramētum nibil operat̄. nec eſt neceſſe adire ep̄m ꝓ relaxatōe eius per iura. de quibus ibi per eum quod verbum bene no. quod declara vt per Cal. in iſto titulo ꝯſilio primo. ¶ Quarto quero vtrum in abſolutōe a iuramēto requirat̄ citatio partis cuiꝰ intereſt ⁊ breuiter ꝯclude vt bic per dominū Abba. dicētē ꝙ vbicunqʒ iuramentū eſt obligatoriū ex pte iurantis ⁊ aliquam vtilitatem ꝯtinet ex parte recipientis nūquam dʒ relaxari niſi vocata pte q̄r p abſolutōem preiudicat̄ parti in eo quod ſibi vtilitas adimit̄. vnde dʒ pars vocari q̄r nibil dʒ fieri in preiudicium abſentis vt in c. i. ſ. de cauſa poſſeſ. cum ſimilibus ⁊ videt̄ quaſi ſemp intereſſe partis recipientis ſm eum. q̄r vtile eſt babere partem vinculatam iuramento ⁊ multum operet̄ iuramentū ⁊ ſaltem accumulat ferrū ferro. c. fi. de foro compe. li. vi. ⁊ facit. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de lega. ii. ¶ Item abſolutio nō dʒ fieri niſi cauſa cognita. vt no. Inno. in. c. ad aures. ſ. ꝙ metus cauſa. ⁊ Spe. in ti. de le. §. nūc oſtendēdum. ver. xxiiii. ⁊ ſequenti. nō enim fit abſolutio niſi cauſa ſubſiſtente vt tradit̄ in. c. quāto. j. eo. Cauſe autem cognitio adbiberi non pōt niſi parte vocata. l. in cauſe. §. cauſa cognita. ff. de mino. q̄r cauſarum merita ⁊c̄. c. cum ex litteris. ſ. de reſti. in inte. ⁊ idem tanquam ꝓ regula tenent omnes in locis infra allegandis in bac queſtione. ¶ Et iſta ſunt amō vera ꝙ abſolutio facta nō vocata parte eſt nulla. quia ſm dominū Abba. bec abſolutio nō tenet niſi ſubſit cauſa etiam ſi fiat apud papam ſm Inno. in. c. ii. in fi. ſ. de renuntia. antequam ergo ſibi conſtet cauſam ſubeſſe nō bʒ ptātem abſoluendi preſuppoſito ꝙ ſubſit quia ignorat id quod eſt fundamentū intentōis ſue vt in ſimili per Bar. in. l. multum. ff. de conditio. ⁊ demon. ⁊ tradit̄ in. c. ex parte aſtenſ. infra de conceſſio. preben. nec pōt ſibi conſtare de cauſa niſi vocata parte vt ē dubium aliud eſt in abſolutōe ab excōicatis q̄r illa ſemper pendet a voluntate excōicantium. valet enim ſemper ſiue iuſta ſiue iniuſta c. venerabilibus. §. vbi autem. de ſententia excōmu. libro. vi. ⁊ iſta dicit dominus Abb. eſſe veriſſima ⁊ ſepe accidere. ¶ Ceterum iſtud de citatōe adbibenda limita primo eſſe verum quando per abſolutionem tollit̄ ex toto obligatio. puta q̄r abſoluit̄ a iuramento ſuper vſuris vel a iuramento validante contractum qui ſine iuramento nō eſſet validum. ſecus quando per abſolutōnem ſolum abilitat̄ perſona que iurauit nullo modo ꝯuenire vt poſſit dicere de prauitate vſuraria vel de enormi leſione vel ſimili quod obſtāte iuramento nō pōt dicere quia in tali babilitate nō requirit̄ ordo citatōis vt eleganter conſuluit Oldra. conſilio. cxx. quod incipit ad duplicem finem quia nō agit̄ de grandi preiudicio creditoris. remanet enim omne ius ſibi ſaluum ad obligatiōem principalem iuratam defendendam vt ibi latius per eum. de quo facit feſtum Pe. de ancba. conſilio. xviij. quod incipit in queſtione que vertitur inter Nicolaum Benedicti vbi ꝯſuluit de quodam qui iurauerat ꝯmunicare in ſocietate certa lucra ⁊ nō querelare nec dicere de iniuſticia ꝯctus. q̄r quantum ad boc ꝙ poſſit dicere nō dʒ fieri p epiſcopū difficultas in eo abſoluendo. idem eleganter conſuluit Pau. de ca. conſilio. ccxvij. incipiente circa primum queſitum in iiij. col. dicens ꝙ quantū ad babilitandū ptem vt poſſit docere de dolo arbitratoris nō obſtante iuramento nō requirit̄ citatio partis quia talis abſolutio nō facit comunis in ꝓbatione poſtea fienda p partem non ſit neceſſaria partis citatio nec obſtat quod intereſt partis quia ceſſante abſolutōne ceſſat ſibi moleſtia quia reſpōdet ꝙ ꝯdictio ptis etiā citate nō potuiſſet impedire abſolutōʒ q̄r petebat̄ ex cauſa ex qua ius pmittit ꝙ fiat alias eēt in poteſtate

partis bene ſed iure alteri parti auferre contra regulam indultum
de re.iur.vi.ille autem citandus eſt que comparendo poteſt actū
impedire.l.recuſare in prin.ff.de trebel.vt ibi latius per eum idem
tenet Lau.in tractatu de vſuris.q.cxxvi.in fi.⁊ Jmo.in.c.debito=
res in.ix.col.j.e.ꝙ hec practica hodie multū inoleuit curia epiſco=
pali bononie ⁊ hanc partē videtur firmare Jmo.hic in eo quod
dicit nō citandam partem quando petitur abſolutio ex eo capite
ex quo iuratum erat non petere. ¶ Contrarium latiſſime con=
ſuluit Ancha.conſilio.cxcix.incip.predictis ſubtiliter ⁊ ad plenū
adductis nec obſtat ꝙ agatur de modico preiudicio qꝛ non perit
ius creditoꝛ.in cauſa principali qꝛ Jmo.multipliciter dānum incur=
rit propter moras iudicij ⁊ dilatam ſolutionē vnde tardius recipi
endo minus recipe videtur.c.j.š.de plus petitio.itē nec modico
permiſſum eſt iudici offendere partē per ſuam ſentētiam ⁊ ꝓpter
nimiam leſionem eius ſentētia retractatur.l.⁊ in maioribus.C.de
app.c.de appellationibus.de ap.li.vi.⁊ idē conſuluit Ancha.con=
ſilio.cccl xxxiii.incipi.retento ordine dubioꝝ per eaſdē rōnes ple
nius deductas idem ſentit Fede.conſilio.ccc.incipiente factū ta=
le eſt debitoꝛ promiſit inquātū dicit ꝙ ad hoc vt obtineatur abſo=
lutio a iuramento neceſſe eſt ꝙ fiat fides quod inſtrumentum ſit
vſurarium ſaltem ſemiplene ⁊ eo abſoluto admittitur cōtra inſtru
mentū ⁊ iterato habebit plene probare ꝙ inſtrumentū ſit vſurariū
⁊ probationes primo facte ſuper incidenti non faciūt fidem ſup cau
ſa vſuraria per.c.veniens el.ii.in fi.š.de teſti.⁊ per glo.que incipi.
hic patet ibi ſed pone in.c.ii.de oꝛ.cog.⁊ ſic ſentit ꝙ etiam abſolu=
tio preparatoria per viam abilitationis requirat cauſe cognitionē
⁊ per conſequens partis citationē idē tenet Jmo.in.c.in.ix.col.j.e.
qꝛ ſi pars citaretur forte oſtenderē euidentem calūniā petentis talē
abſolutionē ⁊ ꝙ id faceret gratia dilatandi quo caſu non debē au
diri.l.ſatis a parte.C.de fal.⁊ ideo videtur magis iuri conſonum
ꝙ pars debeat citari etiam in tali abſolutione vt ſic ſumatum co=
gnoſcatur an calūnioſe petatū ſm ipſum ⁊ in hac varietate conſi=
dera ꝙ pro prima opi.oldra.⁊ ſequatiū multum facit qꝛ talis abſo
lutio habet in ſe tacitam conditionem ſi ſic eſt ⁊ ſi non docebitur ꝺ
fraude reincidit abſolutus in iuramentum vt no.bal.in.l.hec ſcri=
ptura.ff.de cōdi.⁊ demō.⁊ ſi ex mora creditoꝛ eſt damnum paſſus
non deficiūt ſibi remedia iur.in recupat.damni ſed reſpōderi pōt
per.l.fi.in quibus cau.integrū reſti.nō eſt neceſ.ꝙ melius eſt inta=
cta iura ſeruare quā poſt vuulneratam cām remediū querere ⁊
ideo iſta ſecūda pars eſt tutioꝛ. Quā etiā tenuit abb.ſecūdo vol.
li.xii.incipiēte ⁊ ſi copioſioꝛ in vltima col.Limita predicta niſi no
toꝛie cōſtaret turpitudinē ex parte recipiētis ita ꝙ certum ſit parti
abſenti in hoc nullam defenſionem competere. Nam tūc putat
do.Abb.hic valere abſolutionem parte nō vocata qꝛ ſi hoc caſu
valeret ſentētia ſuper principali vbi agitur ꝺ maioꝛi preiudicio foꝛ
tius valebit abſolutio vbi nō agitur de tāto preiudicio ⁊ ꝙ vale=
ret ſentētia allegat.c.bone.ver.cōtra legati.š.de elec.in.c quāto ⁊
ibi Jnn.š.de trāſac.prela.⁊.c.cum olim infra de re iudi.⁊ bart.in
l.ii.§.ꝙ frumentāria.ff.de admini.rerum ad ciuitatem pertinētiū
vbi bar.poſuit ſingulare dictum ꝙ etiam refert do.abba.in.c.Ad
noſtram el.iij.j.e.⁊ ibi dicetur allegat etiam do.Abba.c.tues.j.de
vſuris ⁊ infert ad intellectum.c.debitoꝛes infra eodem vt intelli=
gatur quando nō conſtat ꝙ iurauit ſoluere vſuras vt qꝛ contra=
ctus erat ſub certa foꝛma licite cōceptus quod bene no.⁊ dicetur
ibi vbi dominꝰ car.gloꝛiatur ſe ante alios ita intellexiſſe illū text.
licet hunc intellectum do.abb.l.ſibi vſur.pꝫ ſꝫ ante ambos fuit in=
tellectus bal.hic vt referam paulo infra. ¶ Adde allegans con
ſilium cal.in iſto.ca.conſilio.vii.incipi.an eps poſſit ꝓcedere vbi
in propoſito conſuluit ꝙ quotiens certum eſt abſenti nullam de=
fenſionem cōpetere poteſt eps relaxare iuramentum vel declara
rare ad cautelam iuramēti tum nō tenere nō vocato illo cui eſt iu
ratū qꝛ fruſtra debet id fieri cuius nullus eſt effectus arg.c.cū cō=
tingat ſupra de offi.dele.c.quāto.š.de cōſue.prout eſt in caſu quo
preſtitū eſt iuramentum expreſſe de ſoluendis vſuris iudices ab il
lo abſoluūt parte ad hoc non citata ad idem bene facit doctrina
dñi Abba.poſt dominū Anto.in.c.veſtra prope fi.infra de coha.
cle.vbi dicit ꝙ quādo certum eſt parti nullam defenſionem com=
petere non eſt neceſſaria citatio ⁊ ſic dicunt limitanda iura loquen
tia de citatī.⁊ ſic declara.nota.in.c.licet de preben.libro.vi.vt ele=
ganter per domi.Abba.in.capi.accepta in ſecunda col.š.de reſti=
tutione ſpolia.⁊ dicetur forte in dicto.c.ad noſtram ad idem do.
Anto.in.c.debitoꝛes in penul.col.j.e.vbi dicit qꝛ quādo iuramen
tum ꝯtinet illicitum ex parte recipientis vt qꝛ debitoꝛ iurauit ſolue
re vſuras vel nō repetere nō erit neceſſaria citatio in abſolutōe.gn
immo dixit Bal.hic ꝙ ſi vicium eſt expreſſum in ꝯctu vt qꝛ iura
uit tantum ſoluere nomine vſurarum nō credit ꝙ aliqua obliga=
tio oꝛiaꝛ ꝓpter vicium foꝛme ꝓmiſſionis nec ꝙ ſit neceſſaria ab=
ſolutio quia notoꝛium nō indiget abſolutōem.ſecus ſi nō ſit vitiū
foꝛme quia expreſſa nocent nō expreſſa nō nocent.ar.l.conuenire.
cum ſequenti de pactis dotalibus.⁊.l.expreſſa.ff.de regu.iur.cu=
ius regule nulla ratio eſt vicium foꝛme ſm ipſum. ¶ Sed cōtra
iſtam limitatōem eſt deciſio Jo.an.in additio.Specu.ſup rubrica
de iureiuran.vbi expreſſe dicit ꝙ in abſolutōe a iuramento de vſu
ris ſoluendis vel de vſuris nō repetendis requiriꝛ citatio partis.⁊
idem Jmol.in.d.c.debitoꝛes.in.viij.col.moueꝛ optime qꝛ intereſt
creditoꝝ.vt citeꝛ etiam in dicto caſu ex eo foꝛte qꝛ poterit oppone
re exceptōem ⁊ ꝓbare ꝙ ipſe petens abſolutōnem eſt vſurarius.⁊
ſic nō dꝫ audiri.c.qꝛ fruſtra infra de vſu.⁊ etiam quādo iuratum
eſt de nō repetendis vſuris.foꝛte poſſet opponere exceptōnem ꝙ
ſponte illas remiſit ⁊ donauit.⁊ ꝓpter hoc iurauit nō repetere.fa
cit quod habeꝛ in regula peccatum de regulis iuris li.vi.Jſta ta=
men ceſſaret quādo a principio tempoꝛe ꝯcte obligatiōis ſup vſu
ris iuraſſet ſoluere ⁊ nō repetere.ſed tunc poſſet habere locum re
ſponſio precedens ꝑ dictum capitulum qꝛ fruſtra.ſm ipſum. cum
quo tranſeo nō tenendo iſtam limitatōem ꝑter quam in vno caſu
vꝫ vbi extra materiā vſurarum iuramentū eſſet interpoſitum turpi
ter ex parte recipientis ⁊ notoꝛie conſtaret qō nemini competeret
actio vel aliquod ius aut defenſionē parti nō competere ꝑ ſupra=
dicta. ¶ Tertio limita niſi conſtaret ꝙ nemini competeret actio
vel aliquod ius ex iuramento ſm dominū Cardi.ꝯſilio.xxxviij.
incipien.quedam habens in.ij.car.vbi ꝯſuluit ꝙ defunctus eſſet is
cui iuramentū erat preſtitum qui erat ꝑſona priuata nec receperat
per ſe ⁊ ſucceſſoꝛibus valuit abſolutio nullo citato qꝛ ad eos non
extendebaꝛ.allegat.c.impialem.§.preterea.de ꝓhi.feu.alie.⁊ no=
tata in.c.veritatis infra eo.⁊ dicit ꝙ ad hoc ſolum oꝛdinaꝛ citatio
vt euiteꝛ alterius preiudiciū.cum ergo de nullius ꝑiudicio agitur
nō expedit quēquam citari.⁊.hic adde quod dicit Jo.an.in rubri=
ca de iureiuran.vbi dicit ꝙ ſi iuramentū eſt temerariū etiā ex ꝑte
iurantis nō requiriꝛ partis vocatio per.c.ꝯſtitutis.š.de teſti.quia
tunc potius requiriꝛ denunciatio quod nō ſit ligatus quam rela=
xatio.⁊ hoc intellige ſm dominū Abba.hic quando manifeſte cō
ſtat iuramentū nō ligare.nam in notoꝛijs nō eſt opus venire ad iu
dicem vt in.c.quoniam.š.de fili.pꝛboꝝ. ¶ Quarto ⁊ vltimo
limita niſi taliter iuraſſet debitoꝛ ꝙ vocari nō poſſet creditoꝛ qui
incideret in ꝑiurium.puta ſi iurauit illum in iudicio nō vocare vl
denunciare.tunc enim poterit abſolui creditoꝛe nō vocato.hoc.n.
caſu nō detrahiꝛ iuri partis ſicut cum libertus petit veniā vt poſ=
ſit vocare dominū in ius.l.iij.ff.de in ius.vocan.ita dicit Jo.an.in
d.additio.ad Specu.cum plene refert Jmo.in clemen.diſpēdio=
ſam.ſup glo.in verbo tangentibus de iudi.ſed hoc dictum repre=
hendit hic dominus Abb.quem vide.Et adde ꝙ dictū Johā.
an.quoad citatōem poſſet ſaluari intelligendo de eo qui vult ſolū
abſolutōem per quam habiliteꝛ ad agendū vt hic ꝑ Jmo.quē re
tuli.š.in ver.tertium remedium eſt vt petat debitoꝛ ſed tunc etiam
an ſit neceſſaria citatio pendet ab his que dixi in prima limitatōne
huius queſtionis. ¶ Quinto quero vtrum facta abſolutōe a iu=
ramento firmante ꝯctum reſcindaꝛ ipſe ꝯctus.⁊ in hoc Pau.
de eleaza.⁊ Calde.videnꝛ velle ꝙ ſic.put refert dominus Anto.
in.c.debitoꝛes.j.eo.dum dicit ꝙ ſi petiꝛ abſolutio a iuramento fir
mante ꝯctum dꝫ pars citari ⁊ ex hoc ꝯtingat reſciſio contractus.
¶ Sed ꝯtrium tꝫ Ange.in diſputatōne incipiente domina Ca=
therina dicens magnam eſſe differentiam an ꝯctus ꝯualideꝛ iu=
ramēto an vero iurās ſit tātum aſtrictus ad obſeruātiam iuramē
ti vbi enim actus iuramēto firmaꝛ lꝫ quis abſoluaꝛ a iuramento
nō ꝓpterea pōt venire ꝯ ꝯtractum qui de ſe eſt validus ꝓpter in
terpoſitōem iuramēti ⁊ abſolutio hec ſolum operaꝛ vt ꝯtraueni=
ens nō incidat in ꝑiurium nō autem annullat ꝯtractum vnde nul=
lus dicat ſm eum ꝙ minoꝛ qui iurauit ſuper ꝯtractu vel maioꝛ qui

Iurauit ⁊ eſt deceptus vltra dimidiam iuſti precij ſi abſoluit̃ a iu-
